

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput II

urn:nbn:de:bsz:31-97032

transmittunt, lapillis in os sumptis vocem cohibent, & noctu transvolant. Visu, rostro, & pennis fallentibus super nubes volat, ibi solis calore vitium oculis demitur, ipsa in fervore illo in aquam se demergit, nidum petit, febre corripitur, pennas excutit, à pullis nutritur & renovatur; facilius, si passum habuerit serpentinum.

CAPUT II.

DE ACCIPITRE.

Magnitudo Accipitris à sexu & regione variatur, fœminæ majores ob remissionem caloris. *Calent. in Epist.* Còr ei magnum cuspidè obtusa ad pectus tendente. Lien adeo exiguus, ut visum propemodum effugiat. *Arist. de partib. animal. cap. 38.* Plumæ copiosiores; eas in primordio ætatis quater rejicit. Fœcunditas illi exigua. Condensat enim semen nimius calor, humor etiam ad pennas, unguis & ctura transmittitur. Libidinosus tamen est, ita ut fœmina trigesses una die requisita, redeat vocata. *Alb. l. 10. c. 8.* Cadavera fugit, & si hominis atigerit, jejunos manet, bibit, cum sanguine prædæ destituitur. Quantum ad volatum, ita se aliquando effert, ut visum effugiat; in aëre vero se resupinat, caudam, dorsum & alas expandit, quibus vice soli utitur. *Alian.* Ingenium illi mirum. Avem quam sub noctem cepit, totam sub pedibus tenet, ex oriente sole dimittit, obviam post factam nunquam prosequitur. Oculorum acie laborans, herbam Hieracium querit, hujus confricatâ succo, tangit oculos. *Alian. l. 2. de anim. c. 43.* Hominem mortuum lugere videtur, inque ejus oculos humum ingerere; imo si inhumatum offenderit, gleba injecta humare. Os tibix ejus si ad aurum admoveatur, illecebra quadam illud ad se allicit. *Alian. l. 4. c. 43.* Columbæ quamprimum vocem ejus audiverint, fugiunt; Gallinarum ova, si incubant, vitium capiunt, aviculæ, ad ejus conspectum ira perturbantur, ut ma-

nu possint de arbutis demi. Morbus illi præcipuus pennarum depositio. Fit antequam Nilus campos inundat, id est, in Augusto. Flante enim Austro alas expandunt, & venti tepore incallescunt; hic si defuerit, alis contra solis expansis & percussis radios, tepentem sibi faciunt auram; Capto tepore, laxatis poris, & veteres exiliunt, & novæ crescunt. Ad septingentos annos pertingere putarunt Ægyptii.

CAPUT III. DE ASSALONE ET ARDEA.

Assalon Smerillus & Merillus dicitur. Alaudas tam avidè insectatur, ut vel ad clibanum usque ardentem; quandoque ad puteum, vel hominum vestes offendat. *Cressent. l. 10. c. 13.* Cum vulpe & Corvis bellum gerit, & horum ova conterit, illius necat catulos. *Ardeas* in Anglia occidere capitale est. Hinc magnus illarum ibi numerus. Tanta præditæ sunt continentia, ut ad Venerem accessuræ, dies quadraginta tristitentur. *Glycas l. 1. animal.* Excrementa sua in accipitrem si ejecerint, pennas ejus & putrefaciunt & exurunt. Imminente pluvia supra nubes evolant. Ostreas cum testis devorant; sed ubi apertas à calore interno esse credunt, evomunt iterum, & carnem à testis separant. Astute insidiantur piscibus. Nam solis ita excipiunt radios, ne illi visa umbra, refugiant. Ea vero vi pollere *rustici Colonienses* asserunt, ut pede aquæ imposito, tanquam illicio, pisces allicere dicantur. *Gesnerius* certe in libro Germanico se legisse scribit, si pedes illatum destillentur per descensum, & oleo inde collecto inungantur manus, pisces sponte advolatos, ut comprehendi possint. *Franciscus Vallesius* l. Rex Gallorum adeo cicures reddidit, ut à pastu redeuntes, licet natura feræ essent, ad ardearia sese reciperent. In coitu sanguinem sudare, scripsere quidam, refellit *Albertus*.

CAPUT

A
C
DE ASION

A *Isis* Oris & Ny
A *quæ* homo fi
hu. Cum Lingula &
proficiscens, de
quis ab homine agi
illi è regione, & v
inungunt, illud po
unt. Accedit Oris
capitur. Aluon
Major Alaco habe
mo oculo ad im
sua cornibus caret
notam quandam
notam obit, pinn
nim alcorum mod
ra, nec non sub
formam pepi m
veceline ex cavati
lum cepit, deglut
ut holor ovo ma
quicquam cibi su
rejecit.

C
DE

A *Meres* in reg
toribus candic
profert. *Cadamy*
in os supra caput
colore, pelle sub
di coloris a For
pura Allevandas.